- A.
  - 1. Ab Utili. Forma Enthymematis:
    - 1. Antecedens, non nudè proponitur: ſed ne locus relinquatur, vel
      - 1. Dubitationi; affirmatione religioſa munitur, v. 23.
      - 2. Ignorationi; διδασκαλικῶς exornatur, Precum tùm
        - 1. Objecto, &
          - 1. Reali, *in genere*: Quæcunq; *petieritis &c. v. 23.*
          - 2. Perſonali: *Quæ petieritis* Patrem, *ibid.*
        - 2. Modo *legitimo: quæcunq; petieritis Patrem* in nomine meo, *hoc eſt, fiducia in nomen meum, dabit vobis, v. 23.*
    - 2. *Conſequens: Quare poſthac nomine meo petite, & accipietis, ut gaudium illud veſtrum (de quo paulò antè v. 20. & 22.) ſit perfectum, v. 24.*
  - 2. *A Facili. Cæterùm Argumentum hoc Facilitatis à* DOMINO *ἀνασκευαστικῶς tractatur: videlicet*
    - 1. Κατ' ἀφαίρεσιν *generis dicendi* παροιμιακοῦ, *quod Suis antehac Diſcipulis difficultatis aliquid attulerit, ne omnia ſtatim aſſequerentur, quæ de Patre ad eos dixerat, v. 25.*
    - 2. Κατὰ πρόληψιν. *Tacitæ enim Objectioni (qua dicere & objicere poterant: Cur nos jubes Patrem tuo nomine orare? quin Tu ipſum potius qui filius ejus es dilectus, pro nobis invocato) per Inficiationem occurrit.*
      - 1. *Propoſitio: In illo die, &c. & non dico vobis quod Ego &c. v. 26.*
      - 2. *Ratio à non neceſſario. Ipſe enim Pater vos diligit, v. 27 Porrò paternæ hujus dilectionis ætiologia illicò additur: Amor & fides Chriſti*

In Feſto Aſcenſionis Chriſti, Marc. *16, 14——20.*

- *Evangelij duæ ſunt partes. Commemorat enim* CHRISTI *Redivivi tùm*
  - 1. *φανέρωσιν ſeu Apparitionem, non ſimplicem & nudam: ſed cum graviſſimo dicendi genere conjunctam. Obſervetur itaq; probè Materia circa quam, ſive objectum tùm*
    - 1. Perſonale: *XI. Diſcipuli diſcumbentes, v. 14.*
    - 2. Reale: *Concio Chriſti &c. vide B.*
  - 2. *Ἀνάληψιν. Attendatur diligenter,*
    - 1. *Quando & quò receptus ſit* DOMINUS, *v. 19.*
    - 2. *Quidnam Idem fecerit. πραχθέντα duo hîc narrantur* ———
      - 1. *Seſſio ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ. v. 19.*
      - 2. *Cooperatio. Diſcipulos namq; egreſſos, & prædicantes,* Ubiq; *adjutus eſt, & confirmavit, &c. v. 20.*

B. *Quæ*